

Peter Christian Kämpfer

**Exvviis Viri Qvondam Pl. Reverendi ... Nvnc Beati, Domini Joachimi Henrici Bvrgmann, Philos. Magistri ... Anni M D CCXLVII. Die XXX. Decembris, Inexpectato, Sed Placido Pioqve Obity, Ad Coelites Translati, Qvae Die 2. Febrvar. Anni M D CCXLVIII. Solemni Et Christiano Ritv Gvstrovii Tvmvlo Inferebantvr, Programmate Hoc Exeqviali Memoriam Viri Beate Dfvncti Conservatvrvs, Parentat, Et Vidvae Filioqve Tenerrimo Svperstitibvs ... Divinum**

Rostochii: Typis Ioannis Iacobi Adleri, [1748]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1790058066>

Druck Freier  Zugang





Circa 80 Proboten Proctor-Programme, meist  
Todesfälle in Proboten Eingekaufte Familien bzw.  
Größen Heil und dem nächsten Jagdgebiet.  
Ordnungsbuch geworden.

Litr. A - H.

Im Juni 1859 und dem Neufuß des Graf. Hofrat Piper  
zu Güstrow erworben.

(Zurück und die Familien v. Klein, v. Kravitz u. a.)

82 Stücke

Mkib Gen

2/3I-40



1833

F. A. Aepinus, + 1758.

J. F. Brüll, + 1757.

A. Ahrend, + 1730.

J. A. Curtius, + 1740.

Anna Kohl, n. Ampel, + 1709.

J. Ch. Dancwarth, + 1755.

Cath. Ampel, vid. Klein, + 1725.

Anna Decker, conj. Meinauni, + 1739.

Magd. Brand, ux. O. P. Möleri, + 1733.

G. Deharding, + 1747.

J. H. Balke, + 1778.

Georg. Jul. Dittmar, ux. J. Carmon.

J. H. Becker, + 1774.

Ag. Doercks, conj. F. A. Aepini, + 1736.

P. Becker, + 1753.

J. J. Bentzen, + 1725.

Cath. Marg. Besselin, vid. Jac. Burgmann, + 1731.

Ch. Doercks, mar. Nettelbladt, + 1753.

Just. Reg. Besselin et Ann. U. Hever, vid.

Marg. Doercks, mar. Lief, + 1755.

Ch. M. Steven. Ross, + 1742.

J. A. Düve, + 1728.

V. J. Besselin, + 1755.

Cath. Bloeksdorff, vid. Vic. Puffer,

Ann. Soph. Eggerdes, ux. G. Ch. Handwigen,

+ 1715.

+ 1743.

Cath. Burchard, n. Bourgund, + 1740.

Matth. Joh. Eggerdes, + 1718.

Ch. M. Burchard, + 1742.

Matth. Hinr. Eggerdes, + 1722.

Jac. Burgmann, + 1724.

J. L. Engel, + 1758.

J. H. Burgmann, + 1746.

H. A. Engelen, + 1734.

J. P. Burgmann, + 1775.

H. Ch. Engelen, + 1742.

J. Carmon, + 1743.

J. F. Eyllers, + 1749.

J. H. Carstens, + 1731.

Chr. Ed. Forster, vid. Ch. R. Holten, + 1734.

J. F. Celle, + 1729.

Cath. Chr. Fischer, vid. A. Willebrandt,

P. Biese, + 1746.

+ 1742.

Ann. Cath. Coeh, + 1726.

Hel. de Klein, nat. Gerdjen, + 1730.

G. Crause, + 1723.

P. Gerling, + 1778.

Ch. Crule, + 1748.

H. Goltermann, + 1733.

Ann. El. Groth, vid. Krauel, + 1739.

Alb. Kleins, + 1733.

Matth. Ben. Hering, + 1750.

G. Herkepäus, + 1745.

Cath. Mar. Eyler, geb. Kitten, + 1756.

Ann. Soph. Holsten, conj. J. D. Spalding, + 1740.

El. Kopp, norm. Crull, + 1766.

Ann. Hedro. Korn, conj. V. J. Bepelin, + 1730.

El. J. Jörck, + 1728.

Joh. Joach. Jörck, + 1729.

P. Chr. Kämpfer, + 1755.

Joh. de Klein, + 1732.

Wend. Kleinschmidt, vid. J. J. Bepelin,  
+ 1726.

Ann. Marg. Knefbeck, conj. H. Golden-  
mann, + 1738.

A. L. Knefbeck, norm. Hoppen, + 1747.

D. H. Koepcken, + 1731.

G. W. Koepcken, + 1732.

F. E. Kohl, + 1738.

Anna Kortholt, vid. J. Lindemanni,  
+ 1743.

A. J. v. Krackevitz, + 1732.

J. Krauel, + 1750.

22.  
E X V V I I S  
VIRI QVONDAM PL. REVERENDI,  
AMPLISSIMI, ET DOCTISSIMI,  
NVNC BEATI,  
D O M I N I  
JOACHIMI HENRICI  
BVRGMANN,

PHILOS. MAGISTRI PRAECLARISSIMI, AEDISQVE PAROCHIALIS  
APVD GVSTROVIENSES PASTORIS VIGILANTISSIMI,  
MERITISSIMI,

ANNI MDCCCXLVII. DIE XXX. DECEMBRIS, INEXSPECTATO,  
SED PLACIDO PIOQVE OBITV, AD COELITES TRANSLATI,  
QVAE DIE 2. FEBRVAR. ANNI MDCCCXLVIII.

SOLEMNI ET CHRISTIANO RITV GVSTROVII  
TVMVLO INFEREbantvr,

PROGRAMMATE HOC EXEQVIALI  
MEMORIAM VIRI BEATE DFVNCTI  
CONSERVATVRVS,  
PARENTAT,  
ET

VIDVAE FILIOQVE  
TENERRIMO SVPERSTITIBVS,  
AC INTEGRAE

FAMILIAE SPLENDIDISSIMAE  
SOLAMEN PRECATVR  
DIVINVM,

M. PETRVS CHRISTIANVS *Hämpfer*,



METAPHYS. PROF. PVBL. ORD. ET AD AED. MARIAE  
ECCLESIASTES.

H. ACAD. ROSTOCHIENSIS RECTOR,



R O S T O C H I I,

TYPIS IOANNIS IACOBI ADLERI, ACADEMIAE TYPOGRAPHI



Quae vniverso terrarum orbi praesidet, & maxima minima gubernat Supremi Numinis prouidentia, vitae quoque humanae non solum ingressum atque progressum, sed & egressum, sapienter liberrimeque moderatur. Quod vti nemi nisi obscurum esse, qui S. litteras, vt par est, consulit & suscipit; plurima tamen circa temporalis vitae terminum se offerunt  $\beta\alpha\theta\eta$ , quorum rationes nemo mortalium peruestigauerit, si ad specialiora descendat, & singularum siue personarum, siue familiarum, fata longe diuersissima spectet. Tristissimum praebet documentum BVRGMANNIANA domus, quae, cum aliae familiae nulla vel rariora per plures saepius annos numerent funera, copioso & acerbissimo luctu intra quinque superiora lustra concussa & perturbata est. Etenim A. c. 1000 d. 28 Martii decessit Parens, qui in his terris gentem istam primus condidit, Excellentiss., Ampliss., atque Plur. Reuer. Dn.

Dn. M. IACOBVS BVRGMANN, Professor & Pastor Nicolaitanus 'meritissimus, quem, septennio nondum confecto, excepit Mater, Praenobilissima Domina CATHARINA MARGARETA, nata BESELINEN, A. 1700. d. 21. Febr. defuncta. Filius primogenitus S. R. D. D. IOANN. CHRISTIAN. BVRGMANN A. 1700. amisit vxoris suae dulcissimae, & omni virtutum genere ornatissimae, MARGARETAE ILSABE DOERCKSEN, tam Auiam, CATHAR. SOPHIAM REDECKERIAM, natam GERDESSEN d. 12. Decembr.; quam matrem, MARGAR. ELISAB. DOERCKSEN, natam SCHROEDERN, d. 26. Decembr.: quam 1700. d. 3. Iunii infecutus est vxoris Pater, Dn. CHRISTOPH. DANIEL DOERCKS, Senator Rostochiensis. Eodem hoc anno Consultiff. Dn. IO. GEORG. BVRGMANN, I. V. D. famigeratissimus, filius tertio-genitus, coniugis suae lectissimae, cunctisque muliebris sexus ornamentis condecoratae, ANNAE CHRISTINAE STEINEN, Parentem, Dn. WALTHER. STEIN, Senatorem Ciuitatis d. 28. Ianuar., & quinquennio intermisso, A. 1704. d. 28. Maii, matrem eiusdem, ANNAM DOROTH. STEINEN, natam WOLFFEN, ereptos sibi doluit. A. 1705. d. 16. Febr., quadriga fratrum coniunctissimorum dissoluta est, inopino fato extincto filio secundo-genito, qui A. 1705. d. 24. Nouembr. lucem adspexerat, Dn. PETRO CHRISTOPH. BVRGMANN, Medic. D., doctrina, praxi, & scriptis claro. (\*)

Vulnera haec, quae nondum coi'erant, refricuit & intendit funestus casus, obitusque improuisus filii quarto-geniti, fratrumque natu postremi, Viri Pl. Reuer. & Praecellentiff., Dn. M. IOACH. HENRICI BVRGMANN, Pastoris Parochialis Gustrouenf., per 7. annos et quod excurrit, fidelissimi,

A 2

meritis.

(\*) Primam eius vitam studiaque persecutus est D. CHRISTOPH. MART. BVRCHARDVS, Med. quondam Prof. Rostoch. magni nominis, *Programmate inaug.* 1700. publicato. Ipse vero monumentum sibi statuit perenne, scriptis euulgatis solidissimis, quae inter, ceteris relictis, quae collectionibus atque ephemeridibus medicis inserta passim leguntur, sigillatim commemorari merentur

1. *Tentamen physicum de genesi sensationis, praes. fratre Seniore, IO. CHR. BVRGMANN, Rost. in IV. 3½ pl. 1722. d. 3. Ianuar.*
2. *Diff. inaug. de demonstrandi ratione in arte medica, praes. D. BVRCHARDO, Rost. in IV. 5. pl. 1726. d. 3. Septembr.*
3. *Dissert. Epistolica ad D. LAVRENT. HEISTERVM, de singulari tunicarum utriusque oculi expansione, quae in fure Gustrouii 1726. suspensio, post mortem secuta est, Rostoch. 1729. IV. 4 pl. c. fig.*
4. *Disquis. Epistol., fratri I. G. BVRGMANN, summos in iure honores capessenti, dicata, de quaestione nouissime agitata: nunc funiculi umbilicalis intermissa deligatio infanti recens nato, sola mortem adferre queat? Rost. 1734. IV. 1 pl.*
5. *Succinctum hypotheseos Stahlianæ examen de anima rationali corpus humanum fruente, motusque vitales tam in statu sano, quam morbo administrente, Lips. 1738. 8. 15½ pl.*
6. *Succincti examinis - - pars altera, uberiorem partis prioris explicationem & ab iniquis exceptionibus vindicationem complectens, Rost. 1735. 8. 12 pl.*

Varia insuper scripta parare adgressus est, quae morte praeuentus haud perfecit. In iis fuit MERCKLINI LINDENIVS renouatus, de quo cum Polyhistore Hamburgensi, D. FABRICIO, consilia communicauit, teste celeb. REIMARO *commentar. de vita & scriptis I. A. FABRICII* p. 226.

meritissimi, qui cum annis superioris sine viuendi finem fecit. Imperscrutabiles sunt ALTISSIMI viae, qui Virum Zelo & fide, orthodoxiae & pietatis studio, eruditione, facundia, magnisque dotibus conspicuum, caetui suo longe carissimum, in ipso aetatis primae virilis flore, tametsi haud infirma alioquin valetudine vtentem, leeto ferali vltra tres hebdomades adfixum, suis praeter expectationem subduxit. Quid vero relictum nobis est, quam vt Arbitri Summi voluntate, quae libere, sed non nisi bona decernit, aequo animo conquiescamus, & τοῦ μακαρίτου merita, grata in DEVM mente custodiamus? Quo consilio hac scriptione praeibo, demortui vitam inde ab exordio vsque ad exitum succincte commemoraturus. In lucem is editus est Rostochii A. MDCCLXXI. d. 3. Maii, Patre, quem sub initium adpellauit, Dn. M. IAC. BVRGMANNO, Graecar. Litt. Prof. inclyto, & Pastore ad Aed. D. NIC. per 31 annos meritissimo; Matreque, quam pariter supra laudauit, Matrona pietate suiue sexus virtutibus insigni, Domina CATH. MARGARETA BESELINEN, nata Perillustri Consiliarii intimi Mecklenburgici, B. D. IO. CHRISTIANI BESELIN, & ANNAE RAHNEN, B. D. HENR. RAHNEN, Consil. Confistor. & Antecessore Rostoch., post fata etiam nunc celebratissimo, genitae. Ceteros maiores vtriusque lineae repetere non vacat, quos Programmata funebria Parentum Beati memoriae dicatorum fuscè dinumerant.

Ambo Parentes filium per baptismum CHRISTO insertum, ab incunabulis ad probitatem haud fucatam grauiter manuduxerunt; Pater autem insuper id egit, vt litteris ingenuis maturius innutiretur. Ipse pro suo in natos adfectu Beatum quotidie per aliquot horas erudiuit, per reliquas praeceptorum commisit domestico, eoque discendente, A. MDCCLXXII Scholae publicae Senatoriae, eiusque potissimum Reçtori quondam meritissimo, b. M. ERHARDO SPRENGELIO, Patrueli optimo, tradidit. Parente amantissimo puero duodecenni A. MDCCLXXIV. erepto, frater Senior, tum iam Pastor ad aed. Sp. S., anno proximo vitam illius studiaque formare curatius instituit, non immemor industriae atque impensarum, quas in se b. Parens promte contulerat. Itaque Beatum intra domum recepit, praeceptore idoneo instruxit, horisque subsociis institutione consiliisque ipse iuuuit. Quibus rebus effectum est, vt A. MDCCLXXVII. d. xiv. Iulii in ciuium Academicorum numerum referri, & litteris seuerioribus initiari potuerit, postquam hoc & proximo anno mecum, tum philof. Magistro, priuatis stili exercitiis solertissime se exercuerat. Exorsus est a litteris philologicis & philosophicis quarum priores a Cognato, B. D. ENGELCKEN, magnae famae Philologo & Theologo; posteriores a Summe Venerab. Consiliario, D. & Professore, Dn. AEPINO, h. Theologo Seniore longe celebratissimo; nec non a fratre Seniore adcepit. Inde progressus est ad sanctiores disciplinas, quas ei tradiderunt WEIDENERVS & ENGELCKENIVS inter coelites iam triumphantes, nec non laudatus Dn. Consil. AEPINVS, qui solus ex iis, (vtinam diutissime!) superstet. Adiecit quoque recitationes priuatas Theologicas fratris Senioris, S. R. atque doctiss. Dn. D. IO. CHR. BVRGMANNI, h. Theol. Profess. ὁρθόξίας laude, & meritorum gloria celeb., Fautoris atque Collegae nostri longe aestumatissimi; et quidquid spatii residuum erat, repetendo, meditando, legendo consumpsit, nonnulla pariter opera historiae litterariae destinata, cuius & amore quodam tum tenebatur, & Specimina duo Praeceptoribus, fidelissimis munus Reçtorale Magnificum gratulatus A. MDCCLXXX. edidit. Ineunte anno MDCCLXXXI. matre orbatu dilectissima in angustias redactus videbatur; sed DEI beneficio contigit, vt sequente anno a fratre Seniore Nobiliss. & Prudentiss. Dn. GEORG. HENR. GERCKEN commendatus, Stipendiatis Schabbelianis adscriberetur. Quo potitus, eodem fratre praeside, disputationem theol. felici successu publice ventilata, circa festum

festum Michaëlis c1733ccxxxii. Ienam concessit. Constituerat in hac Vniuersitate studia, maxime Theologica, Philologica & Historica amplificare & confirmare, eoque sine Praeceptores delegit D. RVSIVM, STOLLIVM, KROMAYERVM, Professores praestantissimos, quorum virtus post funera viuit. Nondum annus effluerat, cum in Academia Salana cathedram conscenderet, & praefide M. OVERKAMPF, Commilitone suo Schabbeliano, respondens disputationem philosophicam masculae tueretur. Quandoquidem vero desiderio penitius cognoscendae eloquentiae germanicae & latinae, poëseos, & philosophiae recentioris ardebat, reliquum temporis inter has artes partiebatur, magistris praeclarissimis vsus. Atque hunc in modum biennio Ienae exacto, omni doctrinae genere locupletatus. laudati GERCKENII iussu musis Salanis valedixit, visisque Saxoniae superioris, finitimisque academiis & ciuitatibus potioribus, perlustratis bibliothecis publicis & priuatis praecipuis, compellatis viris doctis, praecipue Theologis & Philosophis celebrioribus, imo & famosioribus sectariis, Halae aliquamdiu constitit, indeque Helmstadium, Hamburgum & Lubecam transiens, sub ingressum a. c1733ccxxxv. in patriam reuersus est. Absens ab Ampliff. Sapientum Rostochiens. Ordine summis in philosophia honoribus benevole exornatus fuerat, iisque ipse frater Senior, tum Metaph. Professor, Procancellarius & Decanus c1733ccxxxiv. d. 6. Maii eundem impertierat. Redux igitur factus in eo totus fuit, vt honoribus sibi tributis non indignum se demonstraret, eaque de causa, publicata epist. philos. gratulatoria, diss. philologicam Praeses ad cathedram detulit, ne statutis derogeret, & potestatem priuatim legendi inuolasse, quam legitime adquisiuisse sibi potius videatur. Ab eo tempore quinquennium integrum magna ex parte transiit Collegiis philosophicis, philologicis, oratoriis & homileticis praelegendis, disputationibus priuatis & publicis ventilandis. eloquentiae & poëseos Speciminibus vulgandis. Successu haud caruit institutum, siquidem & plures & egregios suae disciplinae habuit alumnos, quorum non pauci ad dignitates iam ecclesiasticas euecti sunt, aut summis effulgent honorum gradibus. Princeps tamen studium, quod in S. litteris positum erat, ex mente oculisque non dimisit, prout vel dissert. theol. ab ipso Praefide, moderante Dn. Fratre Seniore. c1733ccxxxvii publico conflictui, & scriptum Anti-Ehrenpfortianum luci exposita testatum faciunt. Neque tamen a cathedra ecclesiastica se remouit, sed pluribus eadem vicibus, haud absque adplausu, conscendit, ad officium ministeriale, sicubi ei a DEO destinatus sit, semet praeparaturus. Factum deinde est c1733ccxli, vt, in locum b. Dn. M. DARIES, Past. Parochialis Gustrouiens. meritiss., sufficiendo idoneo viro, litteris Ampliff. Magistratus Urbici, ipse ad concionem praeuiam (quam vocant *Gast-Prediat*) inuitaretur, Fer. II. Pentecost. habendam, quae Prudentiss. Dnn. Consulibus & Senatui Gustrouiens. ita se probauit, vt beatus, etsi cunctis ignotus & a nemine commerdatus, ab illis cum duobus Viris Praecellentiss. nominatus, d. xviii. Septembr. s. Dom. xiv. p. Trinit., facta concione *dompasixij*, suffragiis ecclesiae Parochialis plurimis, eiusdem Pastor nouus rite legeretur. Iussu porro SERENISS. REGNANTIS a Past. Cathedrali, & R. Minist. Gustr. Seniore venerabili, Dn. HAHN, Viro insignium meritorum, quem DEVS in senectute foueat! vice Superintendentis obeunte, Dom. xix. p. Trinit. s. d. 23. Octobr. ordinatus & institutus; proxima vero Dom. xx. p. Trinit. concione adituali munia sacra auspiciatus est. Quantiscunque vero molestiis officium Past. Parochialis Gustrouiens. cinctum ac obrutum est, DEI tamen virtute roboratus, neruos omnes intendit, vt singulis officii partibus exacte defungatur, euangelicae doctrinae veritatem custodiat, & pietatem haud fucatam, voce peraeque ac praxi inculcet, vrgeatque. Quo candore & studio indefesso sui non solum coetus animos sibi conciliauit, verum novos etiam O. O. auditores adlexit. Animum illi potissimum & solatium addidit exoptatissima praesentia

*Serenissimi Principis ac Domini, Domini CHRISTI-  
ANI LVDOVICI, modo Regnantis Ducis Megapo-  
litani, Domini nostri longe clementissimi, in quo benignif-  
simum Numen HENRICVM pacificum, & VLRICVM Nestorem, glor. mem.  
Maiores Ducales, nobis reddat. Etenim Dux Pientissimus alte memoratus, quo-  
ties superiorum annorum comitiis Prouincialibus Güstrovi congregatis inter-  
fuit, templum parochiale non praeteriit, sed, nonnumquam cum vniuersa Do-  
mo Ducali, conciones beati saepius & intentius auscultauit, eique tam liberum  
aditum aperuit & secum colloquendi potestatem fecit, quam gratiam Duca-  
lem amplissimis documentis clementissime confirmauit, dedicatione nouissi-  
mo Scripto vernaculo praefixa, a beato humillime praedicatam. Vitam haec-  
tenus caelibem transegerat beatus; Sed c1700cxlii diuino contigit nutu, vt  
in societatem transferit connubialem cum Virgine pietate, ceterisque animi,  
corporis & fortunae bonis abundantissima, ELISABETHA CHRISTIANA  
STORCHEN, filia natu maiore Illustris, Consultiss. & Prudentiss. Dn D. IO.  
GVSTAVI STORCHEN, Consiliarii Aulici Mecklenburgici, & Consulis Ciui-  
tatis Güstrouiens. Senioris grauissimi, nec non Matronae sui sexus ornamen-  
tis adensendae, DOMINAE SOPHIAE, natae SCHOEPPERN, Perillustri quon-  
dam IOANN. IOACH. SCHOEPPERO, Consiliario intimo & Antecessore lon-  
ge celeberrimo fatae. Nuptiae d. 24. April., interueniente Sacerdotali bene-  
dictione, celebratae sunt, a quibus non concorditer solum, atque pacate, ve-  
rum & suauissime ac iucundissime conuixerunt coniuges, intimo copulati a-  
more, cuius pignus existit filiulus c1700cxlii. d. 24. Octobr mundum ingres-  
sus, qui d. 26. Octobr. sacro lauacro tinctus nomen IOANN. GVSTAVI re-  
tulit. Exprimit is b. Genitorem tum ore, tum indole. Faxit ALTISSIMVS,  
vt illius infisat vestigiis & feliciter succrescat! In debito adhuc residebat  
beatus, Schabbeliano gavisus stipendio, eiusque lege ad summos in theologia  
honores, simulac fieri possit, capessendos obstrictus. Quo se exsoluturus, iam  
c1700cxxxix Vener. Theologor. Rostoch. Ordini nomen professus est; sed vo-  
catio Güstroviensis proximo anno facta, propositum intercepit. Officio sa-  
cro admotus, & veritus, ne Doctoralis dignitatis ambitus in fastus argumen-  
tum rapiatur, de die in diem consilium distulit, opportunitatem exspectans.  
Postquam igitur iam c1700cxlii, matriculam renouauerat, praesente tandem  
anno, destinata perficere constituit, in praedio quodam, inter Rostochium &  
Güstrouium sito, vbi proxima aestate fratrum, sororum, & reliquorum adfini-  
um & cognatorum se commercio per sesqui diem vltima vice oblectauit, cum  
fratre seniore de tempore Examinis Theologici & disp. inaugurali agens.*

*Sed aliud diuinae visum est prouidentiae, quae, semestri exacto spatio,  
lectum beato strauit feralem. Die etenim 28. Novembr. febrim primum ca-  
tharrali benigna correptus est, quae vero, intercedente refrigeratione im-  
pestiua, quam actus ecclesiastici adtulerant, degenerauit in malignam. Ab  
initio statim valetudinis adstitit decumbenti Experient. Dn. D. BVCHHOLTZ  
nulli parcens operae, & malo ingrauescente Bützovio in subsidium adcersitus  
est Illustris Consil. Aulicus, D. D. BARNSTORFIVS, Sereniss. Viduae Ducalis  
Archiater, longo annorum vsu praestantissimus & colebratissimus. Sed vis  
morbi tanta fuit, vt nullis remediis frangi aut debellari, potuerit. Ei igitur  
post 3. hebdomadam decursum aegrotus, exhaustis viribus, atque accedente  
cardialgia syncoptica, succubuit, d. 30. Decembr. circa horam tertiam matu-  
tinam animam placide expirans, DEOque reddens, anno aet. 37., & officii  
ecclesiastici 8. Qua fide sacrum munus obierit, quoue animo vltimis fatis  
obuiam iuerit, Plur. Reu. Dn. M. IO. GEORG, LVGERVS, Pastor Parochial-  
Senior, meritis annisque venerabilis, luculento docuit testimonio, ex quo non-  
nulla huc referam: Dn. M. I. H. BVKGMANNVS, vir, si quis alius, longiori  
vita dignissimus, Pastor Ecclesiae Paroch, Güstrov. quae in oculis ipsum tulit, summo-  
que*

que amoris & honoris culta, propter egregia & non satis depraedicanda merita fuit pro-  
secuta, & copiosis lacrymis adhuc prosequitur, aetatemque prosequetur, Vir fuit, qui do-  
ctrinam salutis puram atque illibatam conseruauit, & cum ueritate doctrinae, sanctita-  
tem atque puritatem uitae, sororio nexu copulandas, non tantum uerbis inculcauit, sed  
& proprio suo exemplo expressit, & tantum non in omnibus suis concionibus Zelo plane  
heroico auditoribus summis, mediis atque infimis proposuit, ita ut *ὅτι οὐκ ἔστιν ἄλλο*  
sal terrae & lux ardens atque lucens possit dici, aliisque imitandum exemplum fisti - - -  
Copiose semper cum ipsam uisitare, de patientia christiana & traditione uoluntatis no-  
strae in beneplacitum diuinum mecum fuit collocutus, ingeminans: es habe das Ley-  
den der Christen seinen herrlichen Turgen, auch im Creutz stecke  
was süßes. Porro de statu gratiae se certissimum esse, *πληροφωρηθείς*: uerba fecit,  
DEum sibi per IESum propitium esse, sibi constare ex uerbo Euangelii er wisse, an  
wem er gläube, der Heyland werde ihm alle seine Sünde umb sei-  
nes Verdienstes willen gnädiglich vergeben, er habe sie getragen,  
und hinweggenommen, addita sub finem memorabili declaratione: auch mei-  
ne Amts- Fehler hat er versöhnet, und dafür gebüßet, das kommt  
auch mir durch Buße und Glauben zu statten; so bin ich der gött-  
lichen Gnade in meinem Herzen versichert! - - Cum ex ipso quaererem,  
an unicum nostrum Saluatorem summa fiducia retinere, nulloque modo dimittere uelit,  
siquidem eum tanquam fundamentum salutis in toto suo officio studiosissime praedicasset,  
hilaris uultu me intuens, & gestu amicissimo quasi subridens, uerba haec fiduciae plenissi-  
ma protulit: wie solte ich den lassen? er verläßt mich ja nicht. Atque  
sic conuenienti modo preces & colloquia Theologica ab ipso probe percepta, sunt continua-  
ta, donec post aliquot horas, crescente corporis infirmitate, mihi uideretur e re futurum,  
si benedictionem ipsi sacerdotalem, moribundis impertiri solitam, adhuc impertirem. Fi-  
nitis meis precibus, quod singulare est, ipse b. Dn. Collega, ultimum & imo pectore sus-  
pirans, meum Amen, cum ipsa uoce Amen confirmat, atque sic, Spiritu emisso, uitam be-  
atissime finit, & rel. Ne uero cuiquam obscurum sit, quibus scriptis Vir bea-  
tus rem litterariam atque Ecclesiam puriorem, sibi deuinxerit, illorum seriem,  
quae S. R. & celeb. Dn. Lic. a SEELEN Iubilaeo Schabbeliano Lubecens. p. 40. 41.  
magna ex parte legitur, subiiciam.

1. Epist. gratulatoria Magnif. Dn. D. & P. AEPINO 1730. d. 25. April.  
oblata, de lusibus ingeniorum quorundam in rebus Theologicis. Rost IV. 1½ pl.
2. Epist. gratul. Magnif. Dn. D. & P. WEIDENERO 1730. m. Nou. di-  
cata, de Deo Archetypo immediato, ad cuius instar imago Diuina in ho-  
mine expressa fuit, ib. in IV. 1½ pl.
3. Diss. Hist. Ecclesiast. de historiae Mennoniticae fontibus & subsidiis.  
Praef. fratre D. I. C. BVRGMANN, 1732. d. 10. Sept. ib. in IV. 6 pl.
4. Exerc. histor. Moralis de uestitu, praecipue pallio ueterum philosopho-  
rum, praef. M. GE. WILH. OVERCKAMPF, h. Prof. Gryphisw. in-  
clyto. Ienae 1733. d. 5. Aug. in IV. 3½ pl.
5. Gratul. epist. ad G. H. GERCKENIVM, Senatui reip. Lubec. ad-  
scriptum, qua, utrum ueritas reip. Platonicae ex eo, quod perfectis-  
sima concipitur, consequatur, disquiritur. Rost. 1735. in IV. 2 pl.
6. Diss. phil., *ἀπεχεῖ* illud Christi Marc. XIV. 41. a I. C. de PAVV cen-  
sura uindicans, resp. C. A. Brunnemannio 1735. d. 8. Octobr. ib. IV.  
5 pl.
7. Progr. de imputatione consequentiarum erronearum, in foro humano,  
dispp. publicis praemissum. 1737. d. 8. Ian. 2 pl.
8. Theses Philos. publice disputatae. *ibid.* 1737. in IV. 4 pl.

9. D. I. C. BVRGMANN Theol. Abhandlung vom Buß-Kampff aus der Lateinischen Sprache übersetzt, *ibid.* 1737. in 8. 11 pl.
10. *Commentatio Exeg. Theol. eaque saecularis*  $\tau\epsilon\nu\alpha\gamma\mu\omicron\upsilon\varsigma\ \alpha\lambda\alpha\lambda\eta\tau\omicron\upsilon\varsigma$  Rom. VIII. 26. 27. *iusto auctori vindicans.* Resp. B. F. Quistorpio *ib.* 1737. d. 20. Decembr. in IV. 6 $\frac{1}{2}$  pl.
11. Stand-Rede bey der Bahre der Wolgeb. Fr. Gerdruth Julianen, einer geb. Dittmarn, Herrn Confist. R., D. und P. Carmon Gemahlin d. 25. April. gehalten. *ib.* 1738. 2 B. in fol.
12. *Epist. gratul. ad C. G. Neumeisterum*, officium sacrum adeuntem, qua communicatur *Specimen animadversionum in Cl. Walchii Lexicon Philosophicum.* *ib.* 1739. IV. 2 $\frac{1}{2}$  pl.
13. Nöthige Antwort auf Herrn P. HANPSONES so genannte abgenöthigte Beantwortung. Nebst einem Historischen Vorbericht von denen in den Dargunischen Streitigkeiten, bisher gewechselten Schriften. *ib.* 1740. in 8. 1 Alph. 14 pl.
14. Ein guter Tod als die Folge eines guten Lebens in einer kurzen Standrede bey der Bahre der Hoch-Edlen Fr. Maria SPÄDIGEN, gebornen KARNATZEN 1747. d. 1. Maius gehalten. Güstrow in IV. 3 $\frac{1}{2}$  B.
15. Nöthige Erinnerungen an diejenigen unter uns, welche das Ansehen einer besondern Frömmigkeit haben wollen. Wismar 1747. 8. 10 pl.

Recensio huius scripti *Part. XII.* der Neuen Theolog. Bibliothek p. 138. his verbis concluditur: er führt alle diese Punkte so aus, daß man die Abhandlung billig unter die guten Streitschriften jener Gegend zählen muß, welche man nicht nur in der Sache des Bußkampfs, sondern auch bey allen gewöhnlichen Wegen der Scheingottseligkeit mit Nutzen gebrauchen kann.


Insuper haud pauca scripta vel aliorum autoritate  $\alpha\iota\nu\omicron\nu\acute{\iota}\mu\alpha\iota\varsigma$ , vel aliorum nomine publicata exaravit: quae Vir beatus sibi publice tribui noluit.


Summa haec est vitae, meritorum, & vltimorum Pl. Reu. Dn. M. BVRGMANNI. Intueantur in eum, quotquot diuinorum litterarum rationem sapienter instituire gestiunt! quotquot officio sacro dextre fungi volunt! quotquot veritatem & pietatem colunt! quotquot recte viuere, & beate mori cupiunt! Exsultet anima  $\tau\omicron\upsilon\ \mu\alpha\kappa\alpha\rho\acute{\iota}\tau\omicron\upsilon$  coram throno gloriae! requiescat corpus exanime in dormitorio tranquille! Infixa nobis haereat defuncti memoria! Sarciat Optimum Numen iacturam Ecclesiae, maxime Gustrouienfi, illatam! Erigat & exhilaret Viduam moestissimam cum filiolo! Consoletur & prospere gentem STORCHIANAM & BVRGMANNIANAM! Doceat vnumquemque, quam felix sit cum PAVLO mature sentiens: *mibi viuere Christus;*  
*mors lucrum.*

P. P. SUB SIGILLO RECTORALI!

d. 2. FEBRUAR. CIO IO CCXLVIII.







LBMV Schwerin 33  
000 195 545





